

XXIII. TREBA AVGVSTA (*Trevi nel Lazio*).

*Aug(usta) Treb(a)* quae dicitur in laterculo militari vol. VI n. 3884, 2, 31. 32. 39, *Treba Augusta* apud Frontinum de aq. 93, Τρέβα apud Ptolemaeum 3, 1, 62, cives *Trebanii* apud Plinium 3, 5, 64. c. 12, 109, fuit ad caput Anienis (Frontinus l. c.; Plinius l. c.) ibi ubi nunc est Trevi oppidum. Ad eandem rettulerim quod pingitur in Peutingerana iter sic *Preneste* — XI — *Treblis* — XV — *Carsulis*, ubi tamen rigores sine dubio confusi sunt (cf. Corp. vol. IX p. 204). — Ex inscriptionibus infra editis discimus Trebanis liberae rei publicae temporibus fuisse senatum (*d(e) s(enatus) s(ententia)* n. 3451), fuisse censores, aetate imperatorum quinquennales (n. 3448), extremis Commodi temporibus Trebanos vel certe decuriones eorum dici voluisse Commodianos (n. 3449), fuisse ibi seviros Augustales (n. 3452). *Curatorem r(ei) p(ublicae) Trebanorum* ex vicino municipio Anagnino novimus ex titulo huius Corp. X n. 5928.

De Trebae et regionis Trebae antiquitatibus non pauca volumina conscripsit Dominicus Antonius PIERANTONI origine Trebanus, defunctus Romae paulo ante annum 1743 maior octogenario (Vulpi Lat. X p. 549 cf. p. 491. 537. 540. 577); ex his voluminibus complura inscripta *memorie del Lazio* extant Trevi apud archipresbyterum, praeterea unum inscriptum *l'Aniene illustrato*, quod videtur esse eiusdem Pierantonii, vidi Trevi in aedibus nescio cuius privati. Enotatas habeo ex hoc volumine inscriptiones n. 3448—3450 Pierantonio cum compluribus aliis auctoribus communes neque ab ipso visas, immo n. 3449/50 semel tantum et multo ante eum descriptas; ex illis n. 3452. 3469, item particulam inscriptionis n. 3448, quas ipse Pierantonius videtur descripsisse. Schedae eiusdem auctoris aliquando Romae in collegio Iesuitarum ad servatae (Vulpi Lat. X p. 377) quo pervenerint nescio.

3448 Trevi rep. d. 25 Apr. 1600 in una possessione di Luca Donati fuori la porta detta Maggiore presso le due chiese di S. Lorenzo e di S. Nicola PIER. (*l'Aniene*). Trevi in aedibus Donati de Donatis HOLST. *Fragmento di pietra di marmo finissimo in sacre(s)tia (?) nel luogo del fonte PIER. (mem. del Lazio)* de parte posteriore versuum 1—4; Trebis fragmentum in aedibus canonici Francisci SVAR. de parte posteriore versuum 5. 6.

TI · CAESARI ·	DIVI · AVG · F	
AVGVSTO		
PONTIFICI · MAXIMO		
TRIB · POTEST ·	XXV · COS · V	a. 33/34
5 M · C A S T R I	CIVS · M · F · MEN · MVTRO	
	QVI · NQ · D · S · P	

Haec omnia exhibent Rutilius Scotti histor. Afil. ms. Chis. f. 72' laudans *alcuni letterati cittadini (di Trevi)* eodemque exemplo Pierantoni *l'Aniene illustrato* p. 16 (inde Marocco 10 p. 54; Gori giornale arcad. vol. 191 p. 59 = *delle vere sorgenti dell'acqua Marcia* p. 37) descripta, ut dicit, a Iacobuccio abate et Fabio Carosi archipresbytero praesentibus cum reperta est inscriptio; eadem exhibet Holstenius cod. Dresd. F 193 f. 9, qui dicit se vidisse, sed vidit is puto solos vv. 1—4 quos exhibet litteris maiusculis, aliunde adiunxit vv. 5—6 litteris minusculis.

Partem intuenti dextram et eam bipertitam, scilicet duobus fragmentis altero vv. 1—4, altero vv. 5. 6 complexo, exhibet Suaresius cod. Vat. 9140 f. 32; horum fragmentorum prius, id est versuum 1—4 partem posteriorem, Pierantoni *memorie del Lazio* tom. I f. 116 de visu.

Vv. 1—4 dedi ad exemplum Holstenii, cum quo consentit in parte posteriore, quam solam de visu exhibet, Pierantoni (*mem. del Lazio*); exemplum a quo pendet Pierantoni *l'Aniene* in v. 1 om. TI, pro F habet FIL; Suaresius partem horum versuum posteriorem quam solam habet sic exhibet (duobus versibus): DIVI AVG·F TITO MAXIMO | XV·COS·V. — In vv. 5. 6 dedi varias lectiones Pierantonii *l'Aniene* Scottii Holstenii, item in parte intuenti dextra Suaresii: 5 M om. Holst. — COSTRVCIVS Scotti. — MEN MVTRO Holst. Suar., MEMMVTRO Pier., MEMVTRO Scotti. — 6 NR (pro NQ) Suar.

3449/50 lapis utrimque scriptus Trevi rep. una cum n. 3448. — *Questa terra soleva esser piena d' inscrittioni antiche ed altri marmi, li quali furono guasti ed adoprati nella fabrica della chiesa nova, nè si trova altra memoria che di queste* HOLST.

3449 in una faccia PIER.

IMP · CAES · L · AELIO · AVRELIO · COMMODO · AVG	
Sarmatico GERMANICO MAXIMO BRITANNICO	
ACAPORI ORBIS FELICI INVICTO ROMANO HERCVLI	
PONTIFICI MAXIMO TRIBVNICIAE POTEST XIII	
5 IMP · VIII · COS · VII · PATRI · PATRIAE	a. 192
OMNIVM VIRTVTVM EXSVPERANT	
ORDO · DECVRIONVM COMMODIANOR · IIIC	
C PAPI CAPITONIS et VOLCEI MAX	

3450 nell'altra parte della stessa lapide PIER.

IMP · CAESAR · D · M · ANTONINI · PII · GERMANICI · SARMATICI · FILIVS	
DIVI · COMMODI · FRATER · DIVI · ANTONINI · PII · NEPOS	
DIVI · HADRIANI · PRONEPOS · DIVI · TRAIANI PARTHICI · ABNEPOS	
DIVI NERVAE AENEPOS	
5 L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVGVSTO	
ARABICO · ADIABENICO · PONTIFICI · MAXIMO	
TRIBVNICIAE · POTEST · IIII · IMP · VIII · COS · II · P · P	a. 196
D · D	

Solam n. 3449 exhibet Rutilius Scotti hist. Afilan. ms. f. 72', qui laudat *alcuni letterati cittadini (di Trevi)*; utramque exhibent Holstenius ms. (cod. Dresd. F 193 f. 8') et Pierantoni *l'Aniene illustrato* p. 16 (inde habuerunt Marocco *mon. dello stato pont.* 10 p. 54, nullo auctore laudato; item per Raph. Capponi Gori *giornale arcadico* vol. 191 p. 59 = *delle vere sorgenti dell'acqua Marcia* p. 36. 37), hic laudans Iacobuccium abbatem et Fabium Carosi archipresbyterum, qui adfuerunt, ut ait, *quando furono scavate [hae duae et n. 3448] in pezzi*, et a quibus pendent sine dubio etiam Scotti et Holstenius.

3449, 1 IMP Pier., IMPERAT Holst., IMPERATOR Scotti. — CAES Pier., CAESAR Holst., CESARI Scotti. — LELIO Scotti. — 1. 2 AVG·SANNITI·GERMANICO Pier., .... ALEMANICO GERMANICO Holst., ARMANICO GERMANICO Scotti. — 2 MAX Holst. — BRITANNICO habet solus Pier. — 3 ACAPORI Scotti Holst., ACAPOR Pier. — ORBIS om. Pier. — 4 PONT Holst. — MAX Scotti Holst. — TRIBVNICIAE Pier., TRIBVNICIA Holst., TRIBVNICIE P Scotti. — POTESTATE Scotti. — XIII omnes. — 5 IMPER Pier. — COS·VI Holst. — 6 OMN·VIRTVT Holst. — EXSVPERANT Pier., EXSVPERANTE Holst., EXSVPERANTE Scotti. — 7 ORD Holst. — COMMODIANORVM Scotti, COMMODIANOR Pier., COMMOD Holst. — IIIC Pier., IIII Scotti Holst. — 8 PAPI Pier., PVPI Scotti. — H·EVOLCEI·MAX Pier., N·VOLCEI MAX Scotti; totum v. 8 om. Holst. — Versuum divisio neque in hac neque in n. 3450 traditur.

3450, 1 CAESAR Pier.; CAESARI posuit fortasse Holst., sed mox ultimam litteram delevit. — 2 SARMITICI Holst. — D (pro DIVI) Holst., et sic deinceps. — FR (pro FRATER) Holst. — 3 ADRIANI Holst. — 4 ABNEPOS Holst., PRONEPOS Pier. — 5 AVGVSTO Pier., AVG Holst. — 6 PONT MAX Holst.

Commodi inscriptionem similem habemus nullam (falsus est sine dubio titulus Orellianus n. 885 olim Venetiae servatus, cf. Corp. V, 137\*), habemus initium epistulae a Commodus ad senatum datae apud Dionem 72, 15: αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἰλίος Αὐρήλιος Κόμμοδος Αὐγουστος, εὐσεβής, εὐτυχής, Σαρματικός, Γερμανικός μέγιστος, Βρεττανικός, εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, ἀρχιερεὺς, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, ὑπάτος τὸ ἑβδομον, πατὴρ πατρίδος, ὑπάτοις, στρατηγῶν, δημαρχικῶν [scr. δημάρχων], γερουσία Κομμοδιανῆ εὐτυχῆ χαίρειν. Deest in inscriptione, sed fortasse culpa descriptorum, agnomen Pius, alieno loco collocatur Felix, contra adest in fine quod ipse Commodus in epistula omisit *omnium virtutum exsuperantissimus* sive *exuberantissimus*. Hoc quoque a Trebanis non proprio studio, sed secundum formulam publice receptam additum esse apparet inde, quod inter nomina mensibus a nominibus Commodi indita fuit etiam *Exsuperatorius* nomen datum mense Novembri (vit. Comm. c. 11. 12 cf. Dio 72, 15, cui est Ὑπεραίων). — 8 intelleguntur sine dubio duoviri, sub quorum magistratu hic titulus positus est; fieri potest ut huc pertineat IIIC vel IIII ex v. 7 fin.